

Handwritten mark or signature in the top right corner.

Faint handwritten mark in the center of the cover.



2255



Der Herr ...
 ...
 ...
 ...
 ...
 ...
 ...

$$100 \text{ d} - 9\frac{3}{4} \text{ f} = 100 \text{ d}$$

$$\text{f. } 975 \text{ f}$$

$$93 \text{ f} - 90 \text{ gl} = 975 \text{ f}$$

$$\text{f. } 177 \text{ d } 5 \text{ f } 5\frac{5}{11} \text{ gl}$$

$$100 \text{ d} - 9 \frac{1}{2} \text{ f} = 100 \text{ d}$$

$$\text{f. } 157 \text{ d } 10 \text{ f } 1 \text{ l. m. s}$$

$$\frac{177 \text{ d } 5 \text{ f } 5\frac{5}{11} \text{ gl}}{157 \text{ d } 10 \text{ f } 11 \text{ gl}}$$

$$\text{f. } 19 \text{ d } 10 \text{ f } 5\frac{5}{11} \text{ gl}$$

...
 ...

ELEMENTA
GRAMMATICÆ
LATINÆ,
PRO PÆDAGOGEO SCHOLÆ
BREMENSIS.



BREMÆ,
Typis & impensis ARNOLDI WESSELL,
Reipubl. Typographi.
ANNO clc lxxii.



Pueris Latinæ sapientiæ studioſis S.

CUM Romano Imperio lingua Romana, quæ eadem à Latino Latina uſitatius dicitur, & exulta nitidiſſimè & latiſſimè in totam Europam, olim etiam magnam Africa partem propagata fuit, in qua & religio erudiſſimis ſcriptis ab eccleſiaſticiſ; ſcriptoribus explicata eſt & per longam ſeriem deſenſa, & jura ac leges ſunt deſcripta: & tot philoſophi, philologi, poëtæ & oratores hodieq; leguntur: & qua nunc inter tot gentes ſermone differentes communis animorum eſt interpres: qua quoque hodie, Italica, Gallica, Hispanicaq; & Germanica quoq; magna ex parte parens non immeritò dicitur. Quamobrem in omnibus Europa ſcholis poſt vernaculam prima diſcitur & in publico doctōrum uſu viget, ubi ſola poſt barbaras in Italiam inſuſas gentes ſuperat: & hinc eſt, quòd inter eruditos nunc vulgò conſentur omnes, qui illam ad loquendi ſcribendiq; facultatem didicerunt. Ratio autem ejus rectè cognoscenda eſt, ut à certis & methodicis præceptis ad quotidianam exercitationem & uſum diſcipuli traducantur: quod ut quantà maximà fieri poteſt cum induſtriâ, harum literarum magiſtri faciunt, neceſſitas extrema imperat & poſtulat, ne verborum ignorantia, ut ſape factum eſt, verum peccata aut gignat, aut foveat & augeat. Signis enim vitiatſ; ea qua ſignantur, ſalua eſſe nequeunt. Hoc ſerio perpendite, qui veſtros animos ad ſapientiæ ſtuudia appellitis, & occasione aperta ſolertè utimini, ac valete. Anno

1615. m. Novembr,



ELE.

ELEMENTORUM GRAM-
MATICÆ LATINÆ LIBER
PRIMUS DE ETYMO-
LOGIA.

Caput primum de literis



Grammatica est ars bene loquendi.

Partes Grammaticæ duæ sunt, e-
tymologia & syntaxis.

Etymologia est prima pars
grammaticæ de singulis vocibus.

Vox est nota, qua aliquid vocatur.

In vocibus singulis considerantur partes,
communes affectiones & species.

Partes vocis sunt litera & syllaba.

Litera est vocalis vel consona.

Vocales sunt sex: a, e, i, o, u, y.

Consona est semivocalis, aut muta.

Estq; liquida, aut firma.

LIQUIDA est, cujus sonus emollitur aliquando:
ut l, m, n, r, s.

FIRMA est, quæ inmutabilem sonum habet: ut f, v, s.

MUTA est: t, d, c, q, g, b, p.

x & z literæ duplices dicuntur, seu potiùs bina-
rum literarum compendia.

Atque hæc est distributio literarum; quæ

A 2

ita

ita vulgò enumerantur : a, b, c, d, e, f, g, h, i, j, k, l, m, n, o, p, q, r, s, t, u, v, x, y, z. Notæ majusculæ sunt : A, B, C, D, E, F, G, H, I, J, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, U, V, X, Y, Z. Ex his numerorum notæ sunt I, V, X, L, C, D, M. ut M. DC. LXVI.

CAP. II. De syllaba compositione.

IN syllaba spectantur duo : compositio & quantitas.

Syllaba est vel monophthongus, vel diphthongus, vel mista.

Monophthongus est, quæ constat ex una vocali qualibet, ut prima in a. mo. e. go, i. ta, o. nu, u. va.

Diphthongus est, quæ constat è duabus vocalibus in unam syllabam coalescentibus, estque quadruplex : æ, (veter. ai) au, eu, œ, (veter. oi) ut: Euge ætæmenica audiantur synodi.

Syllaba mista est, quæ constat è vocali vel diphthongo & consona una vel pluribus, ad summum quinq; ut as, ars, va, præ, frons, scrobs.

CAP. III. De syllaba quantitate.

Quantitas est, qua syllaba brevis aut longa aut communis dicitur.

Syllaba brevis, si opus est, notatur in vocali hoc apice \acute{a} .

Syllaba longa, si opus est, notatur in vocali hoc apice \bar{a} .

Syllaba communis, si opus est, notatur hoc circulo \circ : vel utroq; signo \grave{a} .

CAP.



CAP. IV. De accentu.

ERgo hæc de partibus vocis.

Comunes affectiones sunt accentus & notatio.
Accentus est acutus, gravis, vel circumflexus. Ita verò singuli, si quid opus est, notantur, acutus (é) gravis (è) circumflexus (ê).

I. In monosyllabis omnibus accentus manet, ut *sum, es, est.*

II. In disyllabis penultima habet accentum, ut *bonus, malus.*

CAP. V. De notatione.

NOtatio est species aut figura vocis.

Species est, quâ disquiritur, primane sit vox, an aliunde derivata.

Prima: ut *ferrum, amo, clamo, cras.*

Derivata: ut; *ferreus, amabilis, clamito, crastinus.*

Figura est, quâ disquiritur, utrum vox simplex, an composita sit.

Simplex: *doctus, animus, ame, post, nam.*

Composita: *indoctus, magnanimus, adamo, postea, namque.*

CAP. VI. De vocis speciebus communiter & vocibus numeri speciatim.

VOcis species sequuntur.

Vocis species (vulgò partes orationis) sunt octo: *nomen, pronomen, verbum, participium, adverbium, prepositio, interjectio & conjunctio.*

Quatuor priorum specierum communis affectio est numerus, unde vox alia est numeri, alia sine numero.

Vox Numeri est, quæ adsignificat numerum.

Numerus est singularis aut pluralis.

Singularis numerus est, quo res una exprimitur: ut, *Vir ille sedens disputat.*

Pluralis est, quo res plures exprimuntur: ut, *Viri illi sedentes disputant.*

Vox numeri est finita vel infinita.

Finita est, quæ in plurali alium finem habet quam in singulari: ut *doctus, docti; lego, legimus.*

Infinita est, quæ in singulari & plurali finem habet eundem: ut *unum pondo, centum pondo; sic nequam, quot, amare.*

CAP. VII. De nomine & eius generibus.

Nomen est prima vocis species, cui specialiter accidunt *genus, qualitas, casus & declinatio.*

Genus est accidens seu affectio nominis, ostendens diversum sexum.

Genus est quintuplex:

Masculinum		{ Hic:
Fœmininum		{ Hac:
Neutrum	<i>cui preponi</i>	{ Hoc:
Commune	<i>potest</i>	{ Hic & hac:
Omne		{ Hic, hac, hoc.

Genus cognoscitur è significatione, vel terminatione.

CAP.

CAP. VIII. De genere ex significatione cognoscendo.

DE genere ex significatione cognoscendo traduntur regulæ communes quinque.

PRIMA.

Masculina sunt nomina virorum, virilium officiorum, mensium, ventorum, fluviorum, & partium assis,

EXEMPLA.

1. Nominum virorum: ut *Catilina*.
2. Officiorum virilium; ut *scriba*.
3. Mensium: ut *Aprilis*.
4. Ventorum: ut *Aquilo*.
5. Fluviorum: ut *Rhenus*.
6. Partium assis; ut *deunx*, *decunx*.

SECUNDA.

Fœminina sunt: nomina mulierum, officiorum muliebrium, arborum, urbium, regionum.

EXEMPLA.

1. Nominum mulierum: ut *Glycerium*.
2. Officiorum muliebrium: ut *obstetrix*.
3. Arborum: ut *pomus*, *pirus*.
4. Urbium: ut *Corinthus*.
5. Regionum: ut *Aegyptus*.

TERTIA.

Neutra sunt:

1. Nomina fructuum: ut *pomum*, *pirum*.
2. Literarum: ut *a*, *b*, *c*.

QUARTA.

Communia sunt, quæ sub una terminatione

tione utriusque sexui, per distincti generis articulos conveniunt, ut hic *sacerdos* ein *priester* / *hæc sacerdos* eine *priesterinn*.

Communia sunt duplicia.

Quædam sunt communia significatione, & usu simul; quædam significatione tantum.

QUINTA.

Adjectivum substantivè usurpatum est ejusdem generis, cujus est substantivum intellectum, ut *hic Aprilis*, *hæc bidens*, *hoc presens*.

De genere & terminatione cognoscendo in singulis declinationibus dicetur.

CAP. IX. De nominis qualitate.

QUALITAS est accidens nominis ostendens, utrum nomen sit substantivum, an adjectivum.

SUBSTANTIVUM est nomen generis unius, ut *hic sermo*: aut summum duorum, idque, vel in uno fine, ut *hic sacerdos*, *hæc sacerdos*; vel etiam in duobus: ut *hic magister*, *hæc magistra*; *hic lupus*, *hæc lupa*; *hic simius*, *hæc simia*.

SUBSTANTIVUM est proprium, vel appellativum.

PROPRIUM est, quod uni soli rei convenit; & majore literâ notatur: ut: *Julius*, *Bucephalus*, *Roma*, *Rhenus*.

APPELLATIVUM est, quod multis communiter convenit: ut: *homo*, *equus*, *urbs*, *flumen*.

ADJE.

ADJECTIVUM est nomen trium generum, idque vel in uno, vel in duobus, vel in tribus finibus.

1. In uno fine: *hic, hac, hoc, felix, nostras, sapiens, compos, cicur, pauper, vetus, sons, pennix.*

2. In duobus finibus, ubi prior communis, posterior neutrius generis est: ut; *hic & hac fortis, hoc forte; hic & hac fortior, hoc forcins; hi vel ha tres, & hac tria.*

At *hi duo, ha duae, hac duo.*

3. In tribus finibus: *hic doctus, hac docta, hoc doctum; unus, una, unum; meus, mea, meum, & hi ducenti, ha ducenta, hac ducenta.*

CAP. X. De comparatione adjectivorum.

ADjectivis plerisque comparatio accidit. Gradus comparationis tres sunt: positivus, comparativus & superlativus.

1. POSITIVUS est prima vox adjectivi. Ejus fines varii sunt, ut *doctus, docta, doctum; fortis, forte; felix; amans; pauper; vetus.*

2. COMPARATIVUS est, qui per positivum, cum voce *magis* explicatur. Fines ejus duo, sunt *or & us.*

Formatur comparativus ex positivi fine, in *i*, addito *or* vel *us*: ut à *docti* fit hic *doctior*, id est, magis doctus, vel *haec doctior*, id est, magis docta; vel *hoc doctius*, id est, magis doctum.

2, 5

3, 5

3. SUPERLATIVUS est, qui per positivum, cum voce *valde* vel *maximè* explicatur.

Fines ejus tres sunt *us, a, um.*

Formatur superlativus ex positivi fine in *i*, addito *simus, a, um*, ut à docti, fit *doctissimus, a, um*, id est, *valde* vel *maximè* doctus, docta, doctum.

Si positivus desinat in *er*, superlativus fit, addito *rimus, a, um*, ut *niger, nigerrimus, a, um.*

TYPUS COMPARATIONIS.

<i>Doctus</i>	<i>doctior</i>	<i>doctissimus:</i>
<i>Docta</i>	<i>doctior</i>	<i>doctissima:</i>
<i>Doctum</i>	<i>doctius</i>	<i>doctissimum.</i>
<i>Pulcher</i>	<i>pulchrior</i>	<i>pulcherrimus:</i>
<i>Pulchra</i>	<i>pulchrior</i>	<i>pulcherrima:</i>
<i>Pulchrum</i>	<i>pulchrius</i>	<i>pulcherrimum.</i>
<i>Fortis</i>	<i>fortior</i>	<i>fortissimus:</i>
<i>Fortis</i>	<i>fortior</i>	<i>fortissima:</i>
<i>Forte</i>	<i>fortius</i>	<i>fortissimum.</i>
Sic. <i>Potis</i>	<i>potior</i>	<i>potissimus, &c.</i>
<i>Felix</i>	<i>felicior</i>	<i>felicissimus:</i>
<i>Felix</i>	<i>felicior</i>	<i>felicissima:</i>
<i>Felix</i>	<i>felicius</i>	<i>felicissimum.</i>

CAP. XI. De diminutione.

SUBSTANTIVIS plerisque accidit diminutio.
DIMINUTIVUM nomen sine comparatione

tione significat in eodem genere diminutionem sui primitivi.

Sunt autem in *io, er, us* masculina; *a* foemina; *um* neutra.

SUBSTANTIVA.

MASCULINA. Ab *homo* fit *homuncio*, & hinc *homunculus*, item *homulus*, & hinc *homullulus*; à *senex* *senecio* & *seniculus*. A *parasitus* *parasitaster*.

FOEMININA. Ab *acus* fit *acicula*; *anas* *anaticula*, *apis* *apicula*, *columna* *columella* & *columnella*.

NEUTRA. A *caput* fit *capitulum*; *cor* *corculum*; *crus* *crusculum*, *genus* *geniculum*.

OBSERVATIO.

Ex adjectivorum positivo diminutiva pauca sunt: ut ab *arguens* *argutulus*, *beatus* *beatulus*, *dulcis* *dulciculus*.

CAP. XII. De casu.

Casus est accidens nominis, quo indicantur speciales terminationes.

Casus est sextuplex in utroque numero. Nominativus, genitivus, dativus, accusativus, vocativus & ablativus: ex quibus nominativus *rectus*, reliqui *obliqui* dicuntur.

REGULÆ GENERALES
DE CASIBUS.

REG. I.

Nominativus & vocativus similes sunt in utroque numero.

EXCI.

EXCIPE.

1. Nominativi, in *as* & *es* primæ, in *ous* secundæ, in *as, es, is*, tertiæ, si priorū sint, vocativo amittunt s. ut *ô, Anea, Anchise, Orphen, Palla, Chreme, Pari.*
2. Si nominativus est *us*, vocativus est *e*: ut *ô domine, cancellarie, secretarie. Deus* facit *ô Deus.*
3. Propria in *ius*, vocativo amittunt *us*: ut *ô Antoni, Mercuri, Virgili.* His adde appellativa *ô fili, gemi, item mi* pronomen.

REG. II.

Nominativus, accusativus & vocativus plurales, tertiæ, quartæ, quintæ declinationis similes sunt in omni genere.

REG. III.

Dativus & ablativus semper similes sunt in plurali.

REG. IV.

In neutris terni casus similes sunt in utroque numero, nominativus, accusativus, & vocativus; & plurales in *a* desinunt.

CAP. XIII. De prima declinatione.

DECLINATIO est accidens nominis, quo diversimodè ordinatur terminationes.

Declinatio est quintuplex, prima, secunda, tertia, quarta, quinta.

PRIMA DECLINATIO est, quæ nominativo singulari desinit in *A* foemininum: ut *mensa*, (adde *AS* & *ES* masculina, & *E* foeminina, quæ Græca sunt)

Exem:

EXEMPLA PRIMAE DECLINATI
 DE NOMINE
 ONIS. 25

~~Exemplum in A~~

Singulariter

N. Mensa, der tisch /
 G. mensa, des tisches /
 D. mensa, dem tisch /
 Ac. mensam, den tisch /
 V. o mensa, du tisch /
 Ab. a mensa, von dem tisch.

Pluraliter

N. Mensae, die tische /
 G. mensarum, der tische /
 D. mensis, den tischen /
 Ac. mensas, die tische /
 V. o mensae, ihr tische /
 Ab. a mensis, von den tischen.

Singulariter

N. Epitome, der kurze begriff /
 G. epitomes, des kurzen begriffes /
 D. epitoma, dem kurzen begriff /
 Ac. epitomen, den kurzen begriff /
 V. o epitome, du kurzer begriff /
 Ab. a epitome, von dem kurzen begriff.

Pluraliter

N. Epitomae, die kurzen begriffe /
 G. epitomarum, der kurzen begriffe /
 D. epitomae, den kurzen begriffen /
 Ac. epitomas, die kurzen begriffe /
 V. o epitomae, ihr kurzen begriffe /
 Ab. a epitomis, von den kurzen begriffen.

S. { Aeneas, a, e, am vel an, a, a, Plur. Nomina
 Anchises, a, e, en e, e, carent.
 Singula

DE NOMINE

Singularis

N.	Zelotes,	der eiferer/
G.	zelota,	des eiferers/
D.	zelota,	dem eiferer/
Ac.	zeloten,	den eiferer/
V.	o zelotes vel zelota,	du eiferer/
Ab.	a zelote,	von dem eiferer

Pluralis

N.	Zelota,	die eiferer/
G.	zelotarum,	der eiferer/
D.	zelotis,	den eiferern/
Ac.	zelotas,	die eiferer/
V.	o zelota,	ihr eiferer/
Ab.	a zelotis,	von den eiferern

ANOMALIA CASUS.

1. Græcaine genitivo es:
 in e & es, accusativo en, in as verò an;
 in e & es ablativo e habene.

CAP. XIV. De secunda declinatione.

SECUNDA declinatio est, quæ nominativo singulari definit in ER, IR, US, EUS masculina; in UM neutrum;

(adde os & on Græca)

EXEMPLA SECUNDAE DECLINATIONIS IN ER DE DECLINATIONE
 LIBER 3 Singularis NATIVUS.

N.	Magister,	der meister/
G.	magistri,	des meisters/
D.	magistro,	dem meister/
Ac.	magistrum,	den meister/
V.	o magister,	du meister/
Ab.	a magistro,	von dem meister

Plus

DE NOMINE.

Pluralis

N.	Magistri,	die meister/
G.	magistorum,	der meister/
D.	magistris,	den meistern/
Ac.	magistros,	die meister/
V.	magistri,	ihr meister/
Ab.	magistris,	von den meistern/

Exemplum in I.R.

Singularis

N.	Vir,	der mann/
G.	viri,	des mannes/
D.	viro,	dem manne/
Ac.	virum,	den mann/
V.	vir,	du mann/
Ab.	viro,	dem manne/

Pluralis

N.	Viri,	die männer/
G.	virorum,	der männer/
D.	viris,	den männern/
Ac.	viros,	die männer/
V.	viri,	ihr männer/
Ab.	viris,	von den männern/

Exemplum in U.S.

Singularis

N.	Dominus,	der herr/
G.	domini,	des herrn/
D.	domino,	dem herrn/
Ac.	dominum,	den herrn/
V.	domine,	du herr/
Ab.	domino,	von dem herrn/

Plura

DE NOMINE,
Pluralis.

N.	<i>Domini,</i>	die herren/
G.	<i>dominorum,</i>	der herren/
D.	<i>dominis,</i>	den herren/
Ac.	<i>dominos,</i>	die herren/
V.	<i>domini,</i>	ihr herren/
Ab.	<i>dominis,</i>	den herren.

~~Exemplum in ELIS.~~

Singularis.

N.	<i>Orpheus,</i>	G. <i>Orphēi,</i>	D. <i>Orpheo,</i>	Ac. <i>Orpheum,</i>
V.	<i>Orpheu,</i>	Ab. <i>Orpheo.</i>	Plur. Num. caret.	

~~Exemplum in UMa.~~

Singularis

N.	<i>Scamnum,</i>	die banck/
G.	<i>scamni,</i>	der banck/
D.	<i>scamno,</i>	der banck/
Ac.	<i>scamnum.</i>	die banck/
V.	<i>scamnum.</i>	du banck/
Ab.	<i>scamno,</i>	der banck/

Pluralis

N.	<i>Scamna,</i>	die bäncke/
G.	<i>scamnorum,</i>	der bäncke/
D.	<i>scamnis.</i>	den bäncken/
Ac.	<i>scamna,</i>	die bäncke/
V.	<i>scamna,</i>	ihr bäncke/
Ab.	<i>scamnis.</i>	den bäncken.

GAP. XV. De tertia declinatione in genere.

Tertia declinatio est, quæ ex variis No-
MINATIVI finibus, (scil. 26.) exit singulari.

G. IBIS, Ventris, sermonis.

D. in

D. in I. *Ventri, sermoni.*

Ac. in EM. *Ventrem, sermonem.*

V. est similis. N. *Venter, sermo.*

Abl. in E. *Ventre, sermone.*

PLURALI.

N. & V. in ES. *Ventres, sermones.*

G. in IUM. (in prima specie) *Ventrium.*

Vel UM (in altera specie) *sermonum.*

D. & Ab. in IBUS: *ventribus, sermonibus.*

Ac. in ES, *ventres, sermones.*

De ablativo sing.

1. Ablativum in I tantum faciunt, substantiva, quæ accusativo tantum IM vel IN habent: ut *Amusi, Theti.*

2. Ablativum in I tantum faciunt adjectiva in IS & ER: ut *forti, acri.*

3. Ablativum in I tantum faciunt neutra in E, AL, & AR, ut *vari, animali, calcari, pari.*

4. Ablativum per E & I faciunt substantiva, quæ accusativo EM vel IM habent: ut *febre vel febrī, veste vel vesti;*

Ablativum quoque per E vel I faciunt adjectiva unius finis pleraque & comparativi gradus: ut *felix, felice vel felici, felicior & felicius, feliciore vel feliciori.*

De nominativo accus. & voc. plurali.

1. Neutra in E, AL & AR habent IA: ut *maria, animalia, calcaria.* Reliqua neutra habent A impurum, ut corpora &c.

2. Adjectiva unius finis, quæ ablativo habent E
B & I,

& I, habent IA. ut *concordia, felicia*. Reliqua E & I habentia (ut comparativi gradus) dant A impurum, ut *doctiora, meliora*.

De genitivo plurali.

I. Non-crescentium genitivus pluralis desinit in IUM: ut *ventrium, vulpium, corbium, mantilium*.

II. Crescentium genitivus pluralis desinit in UM: ut *honorum militum, passerum, doctiorum*.

Excipe, quæ hîc *ium* habent.

I. Substantiva & adjectiva unius finis, quæ in nominativo plurali habent IA: dant IUM: ut *animalium, felicium*.

2. Monosyllaba plurima dant IUM, ut *artium, assium, orium, ossium, cotium, dotium, dentium*.

De dativo plurali.

Græca in MA geminos dativos habent *ibus & is*: ut *poëmatibus & poëmatibus, noëmatibus & noëmatibus*: bos habet *bobus vel bubus*.

CAP. XVI. *De prima Specie tertiae declinationis.*

Tertia declinatio in duas species distribuitur.

Prima habet Non-crescentia in ER masculina: in ES & IS foemina: in E neutra.

EXCIPE;

I. Ab ER & E nulla excipiuntur, præter *hic & hæc linter*.

2. Ab ES *hic acinaces: hoc panaces: hic & hæc adipes*.

3. Ab IS. *Hic panis, penis, crinis, tum cenceris, aqualis*.

Exem-

EXEMPLA TERTIAE DECIMAE
DE NOMINE, NATIONALIS.
Exemplum in ER,

Singularis.

N.	<i>Venter,</i>	der bauch/
G.	<i>ventris,</i>	des bauches/
D.	<i>ventri,</i>	dem bauche/
Ac.	<i>ventrem,</i>	den bauch/
V.	<i>venter,</i>	du bauch/
Ab.	<i>ventre,</i>	dem bauche/

Pluralis.

N.	<i>Ventres,</i>	die bäuche/
G.	<i>ventrium,</i>	der bäuche/
D.	<i>ventribus,</i>	den bäuchen/
Ac.	<i>ventres,</i>	die bäuche/
V.	<i>ventres,</i>	ihr bäuche/
Ab.	<i>ventribus,</i>	den bäuchen/

Exemplum in ES.

Singularis.

N.	<i>Vulpes,</i>	der fuchs/
G.	<i>vulpis,</i>	des fuchses/
D.	<i>vulpi,</i>	dem fuchse/
Ac.	<i>vulpem,</i>	den fuchs/
V.	<i>vulpes,</i>	du fuchs/
Ab.	<i>vulpe,</i>	dem fuchse/

Pluralis.

N.	<i>Vulpes,</i>	die füche/
G.	<i>vulpium,</i>	der füche/
D.	<i>vulpibus,</i>	den füchsen/
Ac.	<i>vulpes,</i>	die füche/
V.	<i>vulpes,</i>	ihr füche/
Ab.	<i>vulpibus,</i>	den füchsen/

DE NOMINE. 10

Exemplum in IS.

Singularis.

N.	<i>Avis,</i>	der vogel/
G.	<i>avis,</i>	des vogels/
D.	<i>avi,</i>	dem vogel/
Ac.	<i>avem,</i>	den vogel/
V.	<i>avis,</i>	du vogel/
Ab.	<i>ave,</i>	dem vogel/

Pluralis.

N.	<i>Aves,</i>	die vögel/
G.	<i>avium,</i>	der vögel/
D.	<i>avibus,</i>	den vögeln/
Ac.	<i>aves,</i>	die vögel/
V.	<i>aves,</i>	ihr vögel/
Ab.	<i>avibus</i>	den vögeln.

Exemplum in E.

Singularis.

N.	<i>Cubile,</i>	das bette/
G.	<i>cubilis,</i>	des bettes/
D.	<i>cubili,</i>	dem bette/
Ac.	<i>cubile,</i>	das bette/
V.	<i>cubile.</i>	du bette/
Ab.	<i>cubili,</i>	dem bette.

Pluralis.

N.	<i>Cubilia,</i>	die bette/
G.	<i>cubiliū,</i>	der bette /
D.	<i>cubilibus,</i>	den betten/
Ac.	<i>cubilia,</i>	die bette/
V.	<i>cubilia,</i>	ihr bette/
Ab.	<i>cubilibus.</i>	den betten.

CAP.

CAP. XVII. De altera specie tertia declinationis.

Altera species tertiae declinationis est, ubi genitivus crescit.

DE CRESCENTIBUS

MASCULINIS.

Masculina sunt crescentia in O, N: ER, OR,
YR: ES, IS, OS.

Exempla regularia.

Sermo, mucro, pavo, scipio: lien, pecten: anser, vomer: amor, clamor: martyr: pes, paries: cinis, lapis: lepos, flos.

Exemplum in O,
Singularis.

N.	<i>Sermo,</i>	die rede/
G.	<i>sermonis,</i>	der rede/
D.	<i>sermoni,</i>	der rede/
Ac.	<i>sermonem,</i>	die rede/
V.	<i>sermo,</i>	du rede/
Ab.	<i>sermone,</i>	der rede.

Pluralis.

N.	<i>Sermones,</i>	die reden/
G.	<i>sermonum,</i>	der reden/
D.	<i>sermonibus,</i>	den reden/
Ac.	<i>sermones,</i>	die reden/
V.	<i>sermones,</i>	ihr reden/
Ab.	<i>sermonibus,</i>	den reden/

Exemplum in N,
Singularis.

N.	<i>Lien,</i>	die milch/
G.	<i>lienis.</i>	der milchen/

B 3

D. *lieni,*

D.	<i>lieni,</i>	der milken/
Ac.	<i>lienem.</i>	die milch/
V.	<i>lien,</i>	du milch/
Ab.	<i>liene,</i>	der milken

Pluralis.

N.	<i>Lienes,</i>	die milken/
G.	<i>lienum,</i>	der milken/
D.	<i>lienibus,</i>	den milken/
Ac.	<i>lienes,</i>	die milken/
V.	<i>lienes,</i>	ihr milken/
Ab.	<i>lienibus.</i>	den milken.

Exemplum in ER.

Singularis.

N.	<i>Anser,</i>	die gans/
G.	<i>anseris,</i>	der gans/
D.	<i>anjeri,</i>	der gans/
Ac.	<i>anserem,</i>	die gans/
V.	<i>anser,</i>	du gans/
Ab.	<i>ansere,</i>	der gans/

Pluralis.

N.	<i>Anseres,</i>	die gänse/
G.	<i>anserum,</i>	der gänse/
D.	<i>anseribus,</i>	den gänsen/
Ac.	<i>anseres.</i>	die gänse/
V.	<i>anseres,</i>	ihr gänse/
Ab.	<i>anseribus.</i>	den gänsen.

Exemplum in OR.

Singularis.

N.	<i>Clamor,</i>	das geschrei/
G.	<i>clamoris,</i>	des geschreis/
D.	<i>clamori,</i>	dem geschrei/

Ac. cla-

AC.	<i>clamorem,</i>	das geschrei/
V.	<i>clamor,</i>	du geschrei/
Ab.	<i>clamore,</i>	dem geschrei/
		Pluralis.
N.	<i>Clamores.</i>	die geschreie/
G.	<i>clamorum,</i>	der geschreie/
D.	<i>clamoribus,</i>	den geschreien/
AC.	<i>clamores,</i>	die geschreie/
V.	<i>clamores,</i>	ihr geschreie/
Ab.	<i>clamoribus,</i>	den geschreien/

I. Excipe ab O.

1. Fœminina in ro verbalia: ut *natio, ratio.*
1. Fœminina in do & go hyperdityllaba, ut *arundo, arundinis, hirundo, hirudo.*

II. Excipe ab N.

1. Fœmina: *icon iconis, sindon sindonis, halcyon halcyonis.*
2. Neutra: *flumen, lumen, & reliqua en inis habentia.*

III. Excipe ab ER, eris.

1. Fœmininum, *laver.*
2. Neutra, *cadaver cadaveris, cicer, laser.*

IV. Excipe ab OR, oris.

1. Fœmininum, *arbor arboris.*
2. Neutra, *cor cordis, equor equoris, marmor.*

V. Excipe ab ES crescentibus per e.

1. Fœminina: *compes compedis, merces mercèdis, seges segotis: tegestegetis.*

VI. Excipe ab IS.

Fœminina: *lis litis: charis charitis: cuspis cuspidis.*

VII. Excipe ab os.

1. Fœminina: *cos cotis; dos* item Græcum *eos eo*, die morgenröte.

2. Neutra: *os oris, os ossis.*

DE CRESCENTIBUS

FŒMININIS.

Fœminina sunt crescentia in *as, us*, oblique *retinentia*, in *ys, s* impurum, in *x & s*. præcedente diphthongo.

Exempla regularia.

Anas, incus, chlamys, frons, fax, laus.

Exemplum in *AS*,

Singularis.

N.	<i>Civitas,</i>	die statt/
G.	<i>civitatis,</i>	der statt/
D.	<i>civitati,</i>	der statt/
Ac.	<i>civitatem,</i>	die statt/
V.	<i>civitas,</i>	du statt/
Ab.	<i>civitate,</i>	der statt/

Pluralis.

N.	<i>Civitates,</i>	die stätte/
G.	<i>civitatum,</i>	der stätte/
D.	<i>civitatibus,</i>	den stätten/
Ac.	<i>civitates,</i>	die stätte/
V.	<i>civitates,</i>	ihr stätte/
Ab.	<i>civitatibus,</i>	den stätten/

Exemplum in *US*,

Singularis.

N.	<i>Virtus,</i>	die tugend/
G.	<i>virtutis,</i>	der tugend/
D.	<i>virtuti,</i>	der tugend/

Ac. *vir*

Ac.	<i>virtutem,</i>	die tugend/
V.	<i>virtus,</i>	du tugend/
Ab.	<i>virtute,</i>	der tugend/

Pluralis.

N.	<i>Virtutes,</i>	die tugende/
G.	<i>virtutum,</i>	der tugende/
D.	<i>virtutibus,</i>	den tugenden/
Ac.	<i>virtutes,</i>	die tugende/
V.	<i>virtutes,</i>	ihr tugende/
Ab.	<i>virtutibus,</i>	den tugenden/

Exemplum in S. impurum.

Singularis.

N.	<i>Ars,</i>	die kunst/
G.	<i>artis,</i>	der kunst/
D.	<i>arti,</i>	der kunst/
Ac.	<i>artem,</i>	die kunst/
V.	<i>ars,</i>	du kunst/
Ab.	<i>arte,</i>	der kunst.

Pluralis.

N.	<i>Artes,</i>	die künste/
G.	<i>artium,</i>	der künste/
D.	<i>artibus,</i>	den künsten/
Ac.	<i>artes,</i>	die künste/
V.	<i>artes,</i>	ihr künste/
Ab.	<i>artibus,</i>	den künsten

Excipe ab As.

1. Masculina: *adamas adamantis, elephas, gigas*
2. Neutrum: *vas vasis.*

Excipe ab us u retinentibus.

1. Masculinum, *mus muris.*
2. Neutra: *crus, ius, puer, rus, us.*

B

S.

EX

DE NOMINE.

Excipe ab S impuro.

Masculina: *fons, mons, pons, dens, bidens.*

Excipe ab X.

I. Masculina Græca in ax: *abax abacis.*II In EX: *apex apicis, caudex, codex, cimex.*III. In IX: *calix calicis, fornix, sandix.*IV. In OX: *volvex volvocis.*V. In YX: *calyx calycis, sandyx sandycis.*

Excipe ab S præcedente diphthongo.

Neutrum *es aris.*

DE CRESCENTIBUS

NEUTRIS.

Neutra sunt crescentia in A, Y, C, L, T, AR, UR, & us, obliquis u mutantia.

Exempla regularia.

Noëma, moly, lac, animal, caput, jubar, robur, corpus.

Exemplum in MA.

Singularis.

N.	<i>Poëma,</i>	das gedichte/
G.	<i>poematis,</i>	des gedichts/
D.	<i>poemati,</i>	dem gedichte/
Ac.	<i>poema,</i>	das gedichte/
V.	<i>poema,</i>	du gedichte/
Ab.	<i>poemate,</i>	dem gedichte.

Pluralis.

N.	<i>Poëmata.</i>	die gedichte/
G.	<i>poematum,</i>	der gedichte/
D.	<i>poematibus & poematis</i>	den gedichten/
Ac.	<i>poemata,</i>	die gedichte/

V. *poe-*

V. *poemata,* ihr gedichte/
 Ab. *poematibus & poematis,* den gedichten.

Exemplum in A R.

Singularis.

N. *Calcar,* der spore/
 G. *calcaris,* des spors/
 D. *calcari,* dem sporn/
 Ac. *calcar;* den sporn/
 V. *calcar,* du spore/
 Ab. *calcari,* dem sporn/

Pluralis.

N. *Calcaria.* die sporen/
 G. *calcarium.* der sporen/
 D. *calcaribus,* den sporen/
 Ac. *calcaria,* die sporen/
 V. *calcaria,* ihr sporen/
 Ab. *calcaribus.* den sporen.

Exemplum in UR.

Singularis.

N. *Ebur,* das helffenbein/
 G. *eboris,* des helffenbeins/
 D. *ebori.* dem helffenbein/
 Ac. *ebur,* das helffenbein/
 V. *ebur,* du helffenbein/
 Ab. *ebore,* dem helffenbein.

Pluralis.

N. *Ebora,* die helffenbeine/
 G. *eborum,* der helffenbeine/
 D. *eboribus,* den helffenbeinen/
 Ac. *ebora.* die helffenbeine/
 V. *ebora,* ihr helffenbeine/
 Ab. *eboribus.* den helffenbeinen.

Eya

Excipe ab L.

Masculinum *sol*; item *sal integrè flexum*,

Excipe ab UR.

Masculina: *furfur furfuris*; sic *eurtur*, *vultur*?

Excipe ab us obliquis u mutantibus.

Masculina *lepus leporis*, & composita à πῦς, ut *tripus*, *tripodis* &c.

CAP. XVIII. De quarta declinatione.

Quarta declinatio est, quæ nominativo singulari definit in US masculinum, ut *fructus*, adde U neutrum, (quod singulari aptoton)

Exemplum in US:

Singularis.

N.	<i>Fructus,</i>	die fruchte/
G.	<i>fructus,</i>	der fruchte/
D.	<i>fructui,</i>	der fruchte/
Ac.	<i>fructum,</i>	die fruchte/
V.	<i>fructus,</i>	du fruchte/
Ab.	<i>fructu,</i>	der fruchte/

Pluralis.

N.	<i>Fructus,</i>	die früchte/
G.	<i>fructuum,</i>	der früchte/
D.	<i>fructibus,</i>	den früchten/
Ac.	<i>fructus,</i>	die früchte/
V.	<i>fructus,</i>	ihr früchte/
Ab.	<i>fructibus.</i>	den früchten/

Exemplum in U.

Singularis.

N.	<i>Cornu,</i>	das horn/
----	---------------	-----------

G. COR-

G.	<i>cornu.</i>	des horns/
D.	<i>cornu.</i>	dem horn/
Ac.	<i>cornu.</i>	das horn/
V.	<i>cornu.</i>	du horn/
Ab.	<i>cornu.</i>	dem horn/

Pluralis.

N.	<i>Cornua.</i>	die hörner/
G.	<i>cornuum.</i>	der hörner/
D.	<i>cornibus.</i>	den hörnern/
Ac.	<i>cornua.</i>	die hörner/
V.	<i>cornua.</i>	ihr hörner/
Ab.	<i>cornibus.</i>	den hörnern.

ANOMALIA GENERIS.

Ab US excipiuntur;

Hæc acus, idus, manus, porticus, eribus.

ANOMALIA CASUS.

Dativum pluralem in *ibus* faciunt;*Acus, arcus, artus, fons, lacus, partus.*

CAP. XIX. De quinta declinatione.

Quinta declinatio est, quæ nominativo singulari desinit in ES foemininum; ut
Species.

Singularis.

N.	<i>Species.</i>	die gestale/
G.	<i>speciei.</i>	der gestale/
D.	<i>speciei.</i>	der gestale/
Ac.	<i>speciem.</i>	die gestale/
V.	<i>Species.</i>	du gestale/
Ab.	<i>specie.</i>	der gestale

Pluralis

N.	<i>Species.</i>	die gestalten/
G.	<i>specierum,</i>	der gestalten/
D.	<i>speciebus,</i>	den gestalten/
Ac.	<i>species,</i>	die gestalten/
V.	<i>species,</i>	ihr gestalten/
Ab.	<i>speciebus.</i>	den gestalten.

ANOMALIA GENERIS.

Dies singulari commune, plurali masculinum tantum est; hinc compositum *meridies* masculinum tantum.

ANOMALIA CASUS.

Antiqui sunt genitivi *die, fide, pro diei, fidei.*

 CAP. XX. De nominibus declinatione anomalis, que heteroclita dicuntur.

Heteroclita sunt vel substantiva, vel adjectiva. Substantiva variant declinationem vel in eodem numero, vel in diversis.

IN EODEM NUMERO.

1. Primæ & secundæ declinationis sunt, *amygdala & amygdalum, buccina & buccinum, &c.*
2. Primæ & tertiæ declinationis sunt, *burra & buris, iuventa & iuventus, senecta & senectus.*
3. Primæ & quintæ declinationis sunt, *avaritia & avarities; sic intemperies, blandities.*
4. In secunda quædam sunt in US masculina & UM neutra: ut *balteus & balteum.*
5. Secundæ & tertiæ declinationis sunt, *capus & capo, lanina & lanio.*

6. Sc;

6. Secundæ & quartæ declinationis sunt, *colus coli & colus, laurus lauri & laurus*:

Domus in secunda habet *domi* (quod locale est) *domum, domo* ablativo; *domorum, domos*: at in quarta declinatur integrè, excepto ablativo singulari. Hinc versiculus: Tolle *me, mi, mi, mi*, si declinare *domus* vis.

IN DIVERSIS NUMERIS.

- I. Quædam variant tantùm significationem.
- II. Quædam variant genus & terminationem.
- III. Quædam variant tantùm declinationem.

Adjectiva heteroclitica pauca sunt.

CAP. XXI. De nominibus infinitis.

Nomina infinita Latinis pauca sunt.

1. Substantiva: ut neutrum *pondo*, quod est utriusque numeri. Singularia *cepe, gummi, sinapi*, quæ meliùs declinantur, *hec cepa, gummis sinapis*.

2. Adjectiva utriusque numeri, ut *opus, nequam, eiusmodi*.

CAP. XXII. De Pronomine.

Pronomen est secunda vocis species, quæ vice alius nominis ponitur, cui proinde præter speciem, figuram, numerum etiam speciatim accidunt genus, qualitas, casus & declinatio.

DE

DE PRONOMINE. DE SPECIE.

Primitiva sunt 10. *ego, tu, sui, ille, ipse, iste; hic, is, quis, qui.*

Derivativa sunt 9. *meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestras, cuius & cuias.*

Pronomina ex significatione sextuplicia sunt:

1. Demonstrativa seu re præsentantia; *ego, tu,* & interdum; *ille, ipse, iste, hic, is, cedentis; qui,*
2. Relativa alicujus antecedentis, *sui & suus.*
3. Reciproca proximi antecedentis, *quis, cuius, cuias.*
4. Interrogativa: *meus, tuus, suus, noster, vester.*
5. Possessiva: *cuias, nostras, vestras.*
6. Gentilia: *cuias, nostras, vestras.*

DE FIGURA.

Pronomina variè componuntur.

DE GENERE.

Pronomina, ut alia adjectiva sunt *omnis generis:*

DE QUALITATE.

Quid substantivè quod adjectivè sumitur: item ego, tu, sui, substantivi magis, quàm adjectivi naturam habere videntur.

DE CASU.

Pronomina grammaticis plerisque vocativo carent, præter *tu, meus, noster & nostras.*

DE DECLINATIONE.

Ad

Ad similitudinem pronominum novem
adjectiva (vulgò *partitiva*) declinantur.

Unus, una, unum, unius, uni, &c.

Sic ullus, nullus, solus, totus, alius, alter, uter, neuter.

Ex his tria tantùm vocativũ habet, *unus, solus, totus.*

Singularis.

N. *Ego, ich/*
G. *mei, meiner/*
D. *mibi, mir/*
Ac. *me, mich/*
Ab. *me, mir.*

Pluralis.

N. *Nos, wir/*
G. *nostrũm vel nostri, unser/*
D. *nobis, uns/*
Ac. *nos, uns/*
Ab. *nobis, uns.*

Singularis.

N. *Tu, du/*
G. *tui, deiner/*
D. *tibi, dir/*
Ac. *te, dich/*
V. *tu, du/*
Ab. *te, dir/*

Pluralis.

N. *Vos, ihr/*
G. *vestrũm vel vestri, euer/*
D. *vobis, euch/*
Ac. *vos, euch/*
V. *vos, ihr/*
Ab. *vobis, euch.*

Singularis.

G. *Sui, seiner/ihrer/seiner/*
D. *sibi, ihm/ihr/ ihm/*
Ac. *se, sich/*
Ab. *se, sich.*

Pluralis.

G. *Sui, ihrer/*
D. *sibi, ihnen/*
Ac. *se, sich/*
Ab. *se, sich.*

Singularis.

N. *Hic, dieser/ hac, diese/ hoc, dieses/*
G. *Huius, dieses/ huius, dieser/ huius, dieses/*
D. *Huic, diesem/ huic, dieser/ huic, diesem/*
Ac. *Hunc, diesen/ hanc, diese/ hoc, dieses/*
Ab. *Hoc, diesem/ hac, dieser/ hoc, diesem/*

Pluralis.

N. *Hi,* *hi,* *hi,* *diese/*
G. *Hi,* *hi,* *hi,* *Ho-*

C

G. Ho-

G.	<i>Horum,</i>	<i>harum,</i>	<i>horum,</i> dieser/
D.	<i>His,</i>	<i>his,</i>	<i>his,</i> diesen/
Ac.	<i>Hos,</i>	<i>has,</i>	<i>hac,</i> diese/
Ab.	<i>His,</i>	<i>his,</i>	<i>his,</i> diesen/

Singularis.

N.	<i>Is,</i> der/	<i>ea,</i> die/	<i>id,</i> das/
G.	<i>Eius,</i> des/	<i>eius,</i> der/	<i>eius,</i> des/
D.	<i>Ei,</i> dem/	<i>ei,</i> der/	<i>ei,</i> dem/
Ac.	<i>Eum,</i> den/	<i>eam,</i> die/	<i>id,</i> das/
Ab.	<i>Eo,</i> dem/	<i>ea,</i> der/	<i>eo,</i> dem/

Pluralis.

N.	<i>Ei vel ii.</i>	<i>ea,</i>	<i>ea,</i> die/
G.	<i>Eorum,</i>	<i>earum,</i>	<i>eorum,</i> derer/
D.	<i>Eis vel iis,</i>	<i>eis vel iis,</i>	<i>eis vel iis,</i> denen/
Ac.	<i>Eos,</i>	<i>eos,</i>	<i>ea,</i> die/
Ab.	<i>Eis vel iis,</i>	<i>eis vel iis,</i>	<i>eis vel iis,</i> denen/

Singularis.

N.	<i>Quis vel qui,</i> wer/welcher/	<i>qua vel qua,</i> welche/	<i>quod vel quid,</i> welches/was/
G.	<i>Cujus,</i> wes/welches/	<i>cujus,</i> welcher/	<i>cujus,</i> welches/
D.	<i>Cui,</i> wem/welchem/	<i>cui,</i> welcher/	<i>cui,</i> welchem/
Ac.	<i>Quem,</i> wen/welchen/	<i>quam,</i> welche/	<i>quod vel quid,</i> welches/was/
Ab.	<i>Quo vel qui,</i> wem/welchem/	<i>qua vel qui,</i> wer/	<i>quo vel qui,</i> welchem/

Pluralis.

N.	<i>Qui,</i>	<i>qua, quae vel qua,</i>	<i>welche/</i>
G.	<i>Quorum,</i>	<i>quarum quorum</i>	<i>welcher/</i>
D.	<i>Quibus,</i>	<i>quibus, quibus,</i>	<i>welchen</i>

Ac;

DE PRONOMINE,

Ac. Quos, quas, quae vel qua, welche/
 Ab. Quibus, quibus, quibus, welchen/

Singularis.

N. Ille, ei/ illa, ei/ illud, ei/
 G. Illius, seiner/ illius, ihret/
 D. Illi, ihm/ illi, ihr/
 Ac. Illum, ihm/ illam, sie/ illud, ei/
 Ab. Illo, ihm/ illa, ihr/ illo, ihm/

Pluralis.

N. Illi,
 G. Illorum,
 D. Illis,
 Ac. Illos,
 Ab. Illis,
 illa,
 illarum,
 illis,
 illas,
 illis,
 illa, sie/
 illis, ihnen/

Sic flectitur iste, ista, istud,
 Singularis.

N. Ipse, er selbst/ ipsa, sie selbst/ ipsum, es selbst/
 G. Ipsius,
 D. Ipsi,
 Ac. Ipsum,
 Ab. ipso,
 ipsius,
 ipsi,
 ipsam,
 ipsa,
 ipsius,
 ipsi,
 ipsum,
 ipso.

Pluralis.

N. Ipsi,
 G. Ipsorum,
 D. Ipsi,
 Ac. Ipsos,
 Ab. Ipsi,
 ipsa,
 ipsarum,
 ipsi,
 ipsas,
 ipsi,
 ipsa,
 ipsi.

CAP. XXIII. De verbi tempore & modo.

Verbum est tertia vocis species, cui specia-
 tim accidunt, tempus, modus, persona, quali-
 tas, forma & conjugatio.

Tempus est accidens verbi, quo significatur præsens, præteritum aut futurum.

Itaque verbi finiti quinque tempora sunt: *præsens, præteritum imperfectum, præteritum perfectum, præteritum plus quam perfectum, & futurum.*

DE MODO.

Modus est accidens verbi, quo significatur diversa animi affectio.

MODI VERBI FINITI quatuor sunt: *indicativus, imperativus, optativus, & cōiunctivus.*

Modus verbi infiniti est unicus & *INFINITIVUS* dicitur;

Infinitum *autem* duplex est: *perpetuum* aut *participiale*.

Perpetuum est, quod flectitur in præsenti per *re* vel *s*, ut *amare, amari, legere, legi*:

præterito per *se*: ut *amavisse, legisse*.

Futuro caret.

Participiale est, quod flectitur specie nominalis casus: estq; *gerundium* aut *supinum*.

Gerundium est, quod flectitur in *DI, DO,* & *DUM*: ut; *amandi, amando, amandum*.

Supinum, quod flectitur in *u* & *um*: ut; *amatu, amatum*.

CAP. XXIV. De persona, qualitate & forma.

DE PERSONA,

Perlo-

Persona est accidens verbi, indicans speciales terminationes: estque in utroque numero triplex.

Prima est, cui præponi potest *ego & nos*: ut *ego amo, nos amamus*; secunda est, cui præponi potest *tu & vos*: ut *tu amas, vos amatis*, tertia est, cui præponi potest *ille & illi*, & quivis nominativus, ut *ille amat, illi amant, pater diligit, liberi parent*.

Imperativus primam personam caret: eademque secunda & tertia singularis persona est: ut *tu amato, amator*; *ille amato, amator*.

DE QUALITATE.

Qualitas est accidens verbi, secundum quod verbum dicitur personale aut impersonale.

audietur. er (sie/es) wird gehöret werden/
P. Audiemur, wir werden gehöret werden/
audiemini. ihr werdet gehöret werden/
audientur. sie werden gehöret werden.

IMPERATIVI Futurum.

S. Audire vel auditor, werde du gehöret / oder du solt
 gehöret werden/
auditor. er (sie/es) solt gehöret werden.

P. Audimini, werdet ihr gehöret / oder ihr solt gehöret
audiuntur, sie sollen gehöret werden / (werden/

OPTATIVI ET SUBJUNCTIVI

Præsens.

S. Audiar, ich werde gehöret/
audiaris vel audiare, du wirst gehöret/
audiatur. er (sie/es) wird gehöret.
P. Audiamur, wir werden gehöret/
audiamini.

audiamini

audiamini, ihr werdet gehöret/
audiantur. sie werden gehöret.

Præteritum imperfectum.

S. *Audirer,* ich würde gehöret/
audireris vel audirere, du würdest gehöret/
audiretur, er [sie/es] würde gehöret.
P. *Audiremur,* wir würden gehöret/
audiremini, ihr würdet gehöret/
audirentur, sie würden gehöret.

Præteritum perfectum.

S. *Auditus sim vel fuerim,* ich bin oder sey gehöret/
auditus sis vel fueris, du bist oder seyst gehöret/
auditus sit vel fuerit. er ist oder sey gehöret.
P. *Auditi simus vel fuerimus,* wir sind od seyn gehöret/
auditi sitis vel fueritis, ihr seynd gehöret/
auditi sint vel fuerint. sie sind oder seynd gehöret.

Præteritum plus quam perfectum.

S. *Auditus essem vel fuissem,* ich wäre oder war gehöret/
auditus esses vel fuisses, du wärest oder warest gehöret/
auditus esset vel fuisset, er were oder war gehöret.
P. *Auditi essemus vel fuissimus,* wir weren oder waren
 gehöret/
auditi essetis vel fuissetis, ihr weret oder waret gehöret/
auditi essent vel fuissent. sie weren oder waren gehöret.

Futurum Perfectum.

S. *Auditus fuero,* ich werde gehöret gewesen seyn/
auditus fueris, du wirst gehöret gewesen seyn/
auditus fuerit. er wird gehöret gewesen seyn.
P. *Auditi fuerimus,* wir werden gehöret gewesen seyn/
auditi fueritis, ihr werdet gehöret gewesen seyn/
auditi fuerint. sie werden gehöret gewesen seyn.

DE VERBO
INFINITIVI.

Præsens: *Audiri,* werden gehöret! (Seyn:
Præteritum: *Auditum esse vel fuisse,* gehöret gewesen
Futurum: *Auditum iri vel audiendum esse,* werden
gehöret werden.

CAP. XXXI. De verbis heteroclitis.

Sunt autē, ut supra nomina, ita & verba quædā heteroclitita, hoc est, quæ variè conjugârunt veteres: ut,

1. Primæ & tertiæ conjugationis:

Lavo lavas lavare lavatū: & lavo, lavi, lavitū & lotū.

2. Secundæ & tertiæ:

Tergeo terse tersum tergere: & tergo tergis tergere.

3. Secundæ & quartæ:

Cieo cies civi citum ciere: & cio cis civi citum cire.

4. Tertiæ & quartæ:

Fodio fodi fossum fodere usitatē: & fodio fodire antiquē.

APPENDIX VERBI DE DERIVATIS.

Derivativorum species vulgò sic enumerantur.

1. DENOMINATIVA, hoc est, à nominibus facta: ut *agnor* ab *aqua*.

2. IMITATIVA, ut *Atticisso* est *Atticos* imitor.

3. INCHOATIVA in *SCO* desinunt: ut *calesco* à *caleo*.

4. FREQUENTATIVA in *TO*, *SO*, *XO*, *CO*, exeunt: ut *agito*, crebrò *ago*.

5. DESIDERATIVA in *RIO* desinunt: ut *esurio*. *esuris*, edere cupio.

6. DIMINUTIVA in *LO* desinunt: ut *cantillo*, parùm aut submissè *canto*.

CAP. XXXII. De participio.

Participium est quarta vocis species, quæ,

ocia

ecum nomen adiectivum à verbo ortum ejus significationem cum tempore retinet.

Participium est vel præsentis, vel præteriti, vel futuri temporis.

Participium præsentis temporis desinit in *ns*, & formatur à præterito imperfecto indicativi, *bam* vel *bar* in *ns* converso: ut *amans*, *docens*, *legens*, *audiens*, *stans*, *precans*, *pollicens*, ab *amabā*, *docebam*, *legebam*, *audiebā*, *stabā*, *precabar*, *pollicebar*.

Significationem verbi sui retinet: ut *amans* est, qui amat: *existens*, qui existit: *precans*, qui precatur: ut;

Amans, liebend. *Hic amans*, einer der da liebet / *hæc amans*, eine die da liebet / *hoc amans*, etwas das da liebet.

Docens, lehrend / oder einer der da lehret / *zc.*

Legens, lesend / oder einer der da liest / *zc.*

Audiens, hörend / oder einer der da höret / *zc.*

Precans, bittend / oder einer der da bittet / *zc.*

Participiū præteriti temporis desinit in *tus*, *sus* vel *xus*: & formatur à supino in *u*, addito *s*: ut *amatus*, *doctus*, *lectus*, *auditus*, *precatus*, *pollicitus*, ab *amatu*, *doctu*, *lectu*, *auditu*, *precatu*, *pollicitu*.

Derivatū à verbo activo significat passivè: à verbo deponente, activè, ut;

Amatus, *a, um*, geliebet / oder einer der da geliebet worden ist / eine die geliebet worden ist / etwas das geliebet worden ist.

Precatus, *a, um*, einer der gebeten hat / eine die gebeten hat / etwas das gebeten hat.

Participium futuri temporis desinit in *rus*

E S

vel

vel *DUS* prius in *RUS* formatur à supino in *U*, addito *RUS*; posterius in *DUS* à gerundio in *DUM*, mutato *M* in *S*; unde nomen gerundivum vocatur; ut *amaturus*, *docturus*, *lecturus*, *auditurus*, *precaturus*, *polliciturus*; ab *amatu*, *doctu*, *lectu*, *auditu*, *precatu*, *pollicitu*: *amandus*, *docendus*, *legendus*, *audiendus*, ab *amandum*, *docendum*, &c.

In *RUS* significat activè: in *DUS* passivè: ut *Amaturus*, *a, um*, einer der lieben wird/eine die lieben wird/etwas das lieben wird.

Amandus, *a, um*, einer der zu lieben ist/eine die zu lieben ist/etwas das zu lieben ist.

Summatim ergo à verbis activis participia derivantur quatuor: ut ab *amo*, *amans*, *amatus*, *amaturus*, & *amandus*.

A passivis nulla formantur, sed duo ab activis, quæ passivè significant, illis vulgò attribuuntur: ut ab *amo*, *amatus* & *amandus*.

A neutris duo veniunt: ut à *sto*, *stans*, *staturus*.

A deponentibus tria nascuntur: ut à *loquor*, *loquens*, *loquutus*, *loquutus*: sæpè tamen & futurum in *us* accedit: ut *adhortandus*, *cohortandus*, *consolandus*.

CAP. XXXIII. De adverbio.

VOX numeri hætenus exposita est: sequitur vox sine numero, quæ numerum nullum ad significat: ea est **ADVERBIUM**, **PRÆPOSITIO**, **INTERJECTIO** vel **CONJUNCTIO**.

ADVERBIUM est quinta vocis species, quæ modum vel circumstantiam verbi primario indicat. Maxi-

Maximè hîc attendenda veniunt species
& potestas.

DE SPECIE.

Adverbia primitiva pauca sunt : ut *cras*
jam, *heri*.

Derivativa autem sunt quàm plurima : & oriuntur
à nominibus, iisque vel integris, vel mutatis.

Ex integris: ut nominativis, oriuntur *facile*, *horren-*
dum.

Ex genitivo est *domi*.

Ex dativis oriri videntur *tempori* & *vesperi*.

Ex ablativis oriuntur *cito*, *crebro*, *forte*, *fortuito*.

Ex mutatis, nempe ex ablativis variis, variè oriun-
tur: ut à *centuria*, *centuriatim*: à *docto*, *doctius*, *doctis-*
simo, *doctè*, *doctius*, *doctissime*.

DE POTESTATE.

Potestas adverbiorum multiplex est.

- I. *Quantitatis*, ubi etiam *intendendi*, *remittendi* &
numeri; *qualitatis*; *temporis*; *loci* & *eventus facti*.
- II. *Interrogandi*, *vocandi*; *respondendi*; *dubitandi*;
demonstrandi; *affirmandi*; *negandi*; *jurandi*.
- III. *Comparandi*; *similitudinis*; *congregandi*, *se-*
gregandi; *eligendi*; *ordinis*.
- IV. *Optandi*; *hortandi*; *prohibendi*; *concedendi*.

I.

1. *Quantitatis*: *Quantum*, *multum*, *parum*;
modicum, *satis*, *satius*.

2. *Intendendi*: *admodum*, *omnino*, *penitus*;
prorsus.

3. *Res*

3. Remittendi: *agrè, aliquantum, clanculum, ferè, ferme.*

4. Numeri: *quoties? semel, bis, ter, quater, quin- quies, sexies, septies, octies, novies.*

Decies, vicies, tricies, quadragies, quinquagies, se- xagies, septuagies, octogies, nonagies:

Centies, ducenties, tricenties, quadringenties, quin- genties, sexcenties, septingenties, octingenties, nongenties:

Millies, bis millies, &c. toties.

5. Qualitatis: *quomodo sive qualiter? bene, malè, doctè.*

6. Temporis: *vel præsentis; hodie, nunc: vel præ- teriti; ut antea, dudum, heri; nudius tertius, nudius- quartus, pridem: vel futuri; ut cras, perendie: vel in- definiti; ut quando? modò, olim, quondam.*

7. Loci adverbia quintuplicia sunt.

In loco ubi? hìc, illic, istic, ibi, alibi, ubiq;.

Ad locum quorsum? huc, illuc, istuc, eò, quò.

De loco unde? hinc, illinc, istinc, inde, unde, aliunde.

Per locum: quà? hac, illac, istac, eà, siqua, nequa.

Varii loci: nusquam apparet: nusquam discessit.

8. Eventus facti: *fortè, fortuito, fortuitu, fortè for- tuna.*

II.

1. Interrogandi: *an, cur, quare, quamobrem.*

2. Vocandi: *heus, eho, ehodum.*

3. Respondendi: *hem, ehem.*

4. Dubitandi: *forsan, forsitan, fortè, fortean, for- tassis, fortasse, fortassisan. & fors poëticè.*

5. Demonstrandi: *en, ecce.*

6. Affirmandi: *ita, certè, profectò, etiam, quidni:*

7. Negandi: *hanc, non, hancquaquam.*

3. Jurandi: *sic, per!* Cætera relinquuntur ethnicis.

III.

1. Comparandi: *tam, quàm, tantò, quantò, eò, quò*

2. Similitudinis: *ita, sic, ut, uti, sicut, sicuti, veluti, veluti.*

3. Congregandi: *simul, unà, pariter, collectivè, summam.*

4. Segregandi: *seorsim, separatim, privatim.*

5. Eligendi: *potius, imò, magis.*

6. Ordinis: *primò, postremò, deinde, deinceps, denique.*

IV.

1. Optandi: *ut, utinam, o si.*

2. Hortandi: *eia, ago, agite, agendum.*

3. Prohibendi: *ne, nequaquam.*

4. Concedendi: *sanè, quidem.*

CAP. XXXIV. De præpositione.

PRÆPOSITIO est sexta vocis species, quæ con-
significat motum vel quietem.

Præpositiones sunt separabiles, vel inseparabiles.

Separabiles sunt, quæ separatim extra compositionem usurpari queunt: ut; *ad, penes, adversus, & cæteræ* in syntaxi cum exemplis enumeratæ.

Inseparabiles præpositiones sunt, quæ extra compositionem non ponuntur: ut *an-*
com, di, dis, re, se, sus, ut; anaputo, compingo, dijudico, dis-
puto, recondo, separo, suspiro.

CAP.

CAP. XXXV. *De interiectione.*

Interjectio est septima vocis species, quæ animi affectum exprimit; ideoq; est ferè loco integra orationis: ut *euge*, id est, hoc bonum erit: *va*, id est, hoc malum erit.

Interjectio est.

1. Admirantis, *papa. hui. vah.*
2. Exclamantis, *ô. prô. hem.*
3. Lætantis, *evax. eugepa. io.*
4. Dolentis, *ah. hei. cheu.*
5. Silentis, *au. st. pax.*
6. Fastidientis, *ohé. phui; aliter phui, vel fu.*
7. Hortantis, *eja. age.*
8. Approbantis, *euge.*
9. Minantis, *ve.*
10. Timentis, *oh. atat. heu.*
11. Ridentis, *ha ha he.*
12. Deridentis, *heu. vah. oh.*

CAP. XXXVI. *De conjunctione.*

Conjunctio est octava vocis species, quæ partes orationis multiplicis inter se colligat.

Conjunctio est enunciativa, ratiocinativa vel ordinativa.

Enunciativa est, quâ partes compositæ sententiæ unius inter se junguntur.

Ea est copulativa, connexiva, discretiva vel disjunctiva.

Co.

Copulativa est, quâ partes absolutè uniuntur, ut *et, que, quoque, ac, atque, etiam, cum, tum, item, nec, neque, quin, vel pro etiam.*

Connexiva est, quâ pars consequens cum antecedente jungitur per conditionem, ut *si, sin, ni, nisi.*

Discretiva est, quâ partes absolutè dirimuntur: ut, *at, sed, autem, verò, porrò, atqui, quamquam, quamvis, etsi, licet, tamen, saltem, imò.*

Disjunctiva est, quâ partes ita dirimuntur, ut sententia pendeat: ut; *ve, vel, aut, sive, seu, num, an, ne, numquam, utrum.*

Ratiocinativa conjunctio est, quâ partes ratiocinationis indicantur.

Ea est causalis vel conclusiva.

Causalis est, quâ ratio positæ alius sententiæ redditur: ut; *nam, namque, enim, etenim, enimvero, quòd, quia, quoniam, quando, quandoquidem, quidem, siquidem, quippe, ut, uti, ne,*

Conclusiva est, quâ concluditur aliquid ex antecedente: ut; *ergo, ideo, igitur, idcirco, quocirca, quapropter, proinde, quansobrem, quasobres, ita, itaque.*

Ordinativa conjunctio est, quâ coherentia variarum sententiarum, priorum & posteriorum, significatur: ut; *in super, postea, postquam, denique,*

deinde, deinceps, atque, hactenus,

hucusque.

ELE-



ELEMENTORUM GRAM-
MATICÆ LATINÆ LIBER
SECUNDUS DE SYN-
TAXI.

CAP. I. *De syntaxi in genere, & convenientia
nominis communi.*

Syntaxis est secunda pars grammaticæ, quæ
vorum structuram interpretatur.

Syntaxis est convenientia vel rectio.

Convenientia est, quando voces communibus ac-
cidentibus conveniunt.

REGULA PRIMA.

Substantivum cum substantivo rei ejusdē cōvenit:
in numero, genere & casu. quæ vulgò *appositio* dicitur.

*Stylus optimus dicendi effector ac magister. Et ge-
nus & forma regina pecunia donat.*

REGULA SECUNDA.

Adjectivum cum substantivo rei ejusdem
convenit in numero, genere & casu.

*Amicus certus in re incerta cernitur. Quot
homines, tot sententiæ. Suus cuiq; mos est.*

REGULA TERTIA.

Adjectivum etiam cum adjectivo convenit: & tum
ferè alterum est pro substantivo; aut plura ad idem
substantivum referuntur.

*Humana ferenda sunt. Omnia præclara, rara. Solet
hîc adjectivum substantivè usurpatum explicari per
vocabulum res, ut; omnia, hoc est, omnes res. Huma-
na, id est, humanæ res.*

CAP.

CAP. II. *De convenientia certorum nominum propria.*

REGULA I. De distributivo.

Numeralia distributiva conveniunt substantivis singulari numero carentibus.

Binas, ternas, quaternas, abste accepiliteras.

REGULA II. De adjectivo quisque.

Adjectivum *quisq;* (loco *omnis*) convenit adjectivis ordinalibus & gradibus comparationis.

Vix decimus quisque se ipsum novit. Sic: Quisq; magnus, maior, maximus.

REGULA III. De relativo.

Relativum cum substantivo commatis antecedentis, convenit in genere & numero.

Debemus imitari agros fertiles, qui multò plus afferunt, quam acceperunt. Quo semel est imbuta, recens, servabit odorem testæ diu. Samia mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi.

REGULA IV. De reciproco.

Quando de persona tertia aliquid dicitur, quod ad illam tertiam reflectitur, utimur reciprocis.

Omnis natura est conservatrix sui, (id est, naturæ) Omnes optant, quod utile est sibi (id est, omnibus.)

REGULA V. De gerundio in di.

Gerundium in *di* additur aliquando genitivo plurali, tanquam adjectivum utriusque numeri & generis omnis. *Facultas agrorum condonandi.*

CAP. III. *De convenientia verbis cum nomine.*

REGULA PRIMA.

Verbum personale finitum convenit cum

F

no.

nominativo antecedente, in numero & persona:

Ego illum periisse duco, cui quidem perit pudor. O-
tia dant vitia,

Observatio prima.

Ego & nos primæ personæ habentur; *tu & vos* se-
cundæ; *nominativi* reliquorum nominum tertię,
obliqui casus nullius. Ego amo, tu amas, frater amat,
nos amamus, vos amatis, fratres amant.

Observatio secunda.

Verbum primæ & secundæ personæ sæpe ponitur,
omisso pronomine, *ego, tu, nos, vos.*

Nicimur in vetitum semper, cupimusque negata.

REGULA SECUNDA.

Verbum infinitum perpetuum cum accusativo an-
tecedente / succedit eleganter in locum nominati-
vi & verbi personalis modi conjunctivi / rectè à con-
junctione causali, *ut vel quod*: hujus elegantię nota
manet in Germanico *vocula das*.

Ut, *Filium meum rumor est amare.*

Filium amare das der Sohn liebe.

Ter. E flammate cibum petere posse arbitror.

Cic. Miserum est, nihil proficientem angere.

CAP. IV. De convenientia adverbii.

REGULA PRIMA.

ADverbium alii voci, ut verbo, nomini,
vel ipsi etiam adverbio, declarationis alieni-
jus gratiã adjungitur.

*Bonis quod bene fit, haud perit. Mulier admo-
dum anus. Malè parata, malè dilabuntur.*

RE-

REGULA II. De adverbiiis numeri.

Adverbia numeri conveniunt nominibus distributivis. Bis bina, sunt quatuor.

CAP. V. De convenientia conjunctionum.

REGULA PRIMA.

Conjunctio multiplicis orationis partes connectit. Tangere enim, & tangi potest.

REGULA SECUNDA.

Conjunctio copulativa similes casus similesque verborum modos jungit.

Virtus hominibus instituendo & persuadendo, nominis & vi ac metu traditur. Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis.

REGULA TERTIA.

Conjunctionum alia antecedunt, alia consequuntur, alia alternant.

Consequuntur ex copulativis quoque & que. Dilectivis autem, quidem, vero, Disjunctivis ve. Causalibus enim.

CAP. VI. De rectione nominis substantivi.

Convenientia vocum ita exposita est: sequitur rectionio.

Rectionio est syntaxis, ubi vox in aliam vocem quasi transiens efficit, ut ea ipsi serviat.

Rectionis species sunt octo: nominis, pronominis, verbi & participii: adverbii, prepositionis, interjectionis & conjunctionis.

DE RECTIONE
REGULA PRIMA.

Substantivum regit alterum substantivum *diversæ rei* in genitivo.

Eventus stultorum magister. Duo millia hominum. Omnium rerum vicissitudo.

REGULA SECUNDA.

Adjectivum substantivè positum etiam genitivum regit.

Tantum cibi & potionis adhibendum est, ut reficiantur vires, non ut opprimantur.

REGULA TERTIA.

Adjectivum neutrum more substantivi sæpe regitur.

Voluptas esca malorum. Bonorum tria genera.

REGULA QUARTA.

Substantiva affectuum regunt genitivos *hos mei, tui, sui, nostri, vestri.*

Memoria mei, desideriumque mei.

REGULA QUINTA.

Substantivum regit gerundium in *di* tanquam genitivum.

Commorandi nobis natura diversorium, non habitandi, dedit.

REGULA SEXTA.

Opus aptoton & substantivum regit ablativum.

Ubi rerum testimonia adsunt, non opus est verbis. Didici, quum dicto opus est, impigrè dicere, & quum tacito opus est, libenter tacere.

REGULA SEPTIMA.

Substantivum regit alterum substantivum partis
aut

aut proprietatis in genitivo vel ablativo cum adjecti-
vo laudis vel vituperii.

Vir artificis ingenii. Homo antiqua virtute & fide.

CAP. VII. De rectione adjectivi.

REGULA PRIMA.

Adjectivum partitivum regit genitivum
pluralem, vel etiam collectivum nominis
singularem, isq; exponitur per *ex* vel *inter*.

Quis est omnium *his moribus*? Nullus omni-
um. Uter nostrum? Neuter.

REGULA SECUNDA.

Superlativus regit genitivum pluralem,
vel collectivum nominis singularem, qui cum
positivo exponitur per *ex*, *inter*, *de* vel *ante*,

Modus rerum omnium utilissimus.

REGULA TERTIA.

Adjectivum facultatis, studii aut contra-
rii regit genitivum.

Gnarus & prudens *impendentium malorum*. Ho-
mo ignarus *facienda orationis*. *Natura hominum*,
novitatis avida.

Dignus & indignus habeant ablativum.

REGULA QUARTA.

Adjectivum commodi aut incommodi re-
git dativum.

Nulla lex satis *commoda omnibus*.

Non bonus est somnus homini de prandio.

REGULA QUINTA.

Gradus comparativus regit ablativum qui
exponitur per *quam*.

F 3

Nihil

*Nihil sapientiâ pulchrius, nihil virtute amabilius.
Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.*

REGULA SEXTA.

Adjectiva quædam regunt supinum in u,
tanquam ablativum causa & modi.

Orem tum auditu crudelem, tum visu nefariam.

REGULA SEPTIMA.

Adjectivum affinitatis aut contrarii regit
genitivum vel dativum.

Domini similis es. Flamma fumo proxima est.

REGULA OCTAVA.

Adjectivum copix & inopix regit geni-
vum vel ablativum.

*Postquam sum intus omnium rerum satur, Vis con-
sillii expers mole ruit sua.*

CAP. VIII. De rectione verbi primaria.

REGULA PRIMA.

Verbum activum regit accusativum ejus, in
quod verbi transit actio.

*Studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant,
secundas res ornant, adversis per fugium ac solatium
præbent.*

REGULA SECUNDA.

Verbum passivum regit ablativum, inter-
cedente præpositione à, ab vel abs.

A multis ipsa virtus contemnitur.

REGULA TERTIA.

Neutra & deponentia ex sese nullum ca-
sum

sum regunt, ut; *sedeo, loquor*; accusativum tamen interdum admittunt, ut vera activa.

Hæc *quum* loqueris, nos Varrones stupeamus.

EXCEPTIO.

1. *Utor, fruor, fungor, potior & vescor* regunt ablativum.

Utor vino. *Fruor* studiis meis. *Vescor* lacte, carne, caseo.

2. *Obliviscor, reminiscor, recordor & memini* regunt genitivum vel accusativum.

Obliviscor injuriarum. *Veteris* incommodi reminiscitur. *Ipse* jubet mortis te meminisse *Deus*.

CAP. IX. De rectione verbi secundaria in genitivo.

REGULA.

Verbum affectus regit genitivum eius, in quo quod ille fertur. Nil nostri miserere.

CAP. X. De rectione verbi secundaria in dativo.

REGULA PRIMA.

Quodvis verbum regit dativum eius, cui aliquid acquiritur, seu attribuitur.

Tibi aras, tibi occas, tibi seris. Cuius dolori remedium est patientia.

REGULA SECUNDA.

Verba comparandi, dandi, imperandi, repugnandi, & his affinia aut contraria, regunt dativum.

Ut præstat homini, dat corvis, imperat servo, repugnat veritati.

REGULA TERTIA.

Quædam verba, ut; do, duco, habeo, tribuo, verto, præter dativum personæ dativum alterum commodi vel incommodi regunt.

Quod aliis vitio vertis, id tibi ne laudi duxeris.

CAP. XI. De rectione, verbi secundaria in accusativo.

REGULA.

Verba quædam rogandi & monendi regunt alterum accusativum eius, quod rogatur vel monetur.

Illud te oro & hortor, Sed eos hoc moneo, desinant furere.

CAP. XII. De rectione verbi secundaria in ablativo.

REGULA.

Verba copix vel inopix, & precii regunt ablativum.

Quum sol terras largâ luce compleverit, Morte carent anima.

Mercatur rem illam magno precio.

EXCEPTIO.

Quædam nomina à verbis precii reguntur in genitivo, ut; assis, flocci, nauci, nihili, pili, renunci, huius, quanti, tanti, magni, pluris, maximè, plurimi, parvi, minimi, Omnes unius estimemus assis.

CAP.

CAP. XIII. De rectione verbi judicialis,
REGULA.

Verba judicialia regunt genitivum vel ablativum *crimini vel pœna.*

Accuso te inertia. Damnatur sceleris. Ego me etsi peccato absolvo, supplicio non libero.

CAP. XIV. De rectione verbi substantivi.

REGULA PRIMA.

Verbum substantivum *sum, & quod ejus vim obtinet,* regit post se nominativum, qui ad præcedentem refertur.

Vim substantivi verbi obtinent *fio, existo, evado, habeor, vocor, nominor, appellor, &c.*

Libertas est dulcissima. Hic est magnus animus, qui se Deo tradidit. Finis alterius mali gradus est futuri, Ego sum amatus, tu es amatus, ille est amatus : nos sumus amati, vos estis amati, illi sunt amati.

REGULA SECUNDA.

Sum significans possessionem, officium, habilitatem aut precium, regit genitivum.

Pecus est Aegonis. Est boni pastoris. Emit denario, quod sit mille denariorum.

EXCEPTIO.

Pro genitivis *mei, tui, sui, nostri, vestri, possessiva meum, tuum, suum, nostrum, vestrum,* ponuntur.

Non est meum contra aliquem dicere.

RE-

DE RECTIONE.

REGVLA TERTIA.

Sum, pro habeo, dativum regit.

Est mihi pater. In regno voluptatis virtuti non est locus. Est mihi lectio discenda.

REGVLA QVARTA.

Sum, pro affero, geminum dativum regit, alterum personæ, alterum rei.

Magno malo hominibus est avaritia.

CAP. XV. De rectione, quâ verbum regie verbum.

REGVLA PRIMA.

Verbum deliberativum, & quod ejus vim obtinet, regit infinitum perpetuum.

Oro, ut matres venire. Improbus est homo, qui beneficium scit lumere & reddere nescit. Te abundare oportet preceptis.

REGVLA SECVND A.

Verbum motûs ad locum regit supinum in um, quod exponitur per ut cum verbo finito.

Cur iste perditum. Spectatum veniunt, veniunt. spectentur ut ipsa.

CAP. XVI. De rectione verbi infiniti.

REGVLA,

In infinitum quodlibet, tam perpetuū, quàm participiale (excepto supino in us,) regit post se casum vel verbum sui finiti.

CASUM. Dolabella injuriam facere perseverat. Consul Treum ad depopulandum hostium fines mittit. Aliena furatum sunt.

VER -

VERBUM. Ultum ire *injurias*. Prohibitum ire
aliquid.

Hujus loci est periphrasis futuri infiniti perpetui
facta ex supino in *um* & verbo *ire*, pro activo; & ver-
bo *iri*, pro passivo; *Credo te facile impetratum ire. Le-
gationes rejectum iri puto.*

OBSERVATIO.

Infinitum esse, & quæ huic cognata sunt, regunt
post se eundem casum, qui præcessit.

Cato malebat esse bonus, quàm videri. Spero vos
bona esse visuros.

CAP. XVII. De rectione impersonalium
quorundam.

REGVLA PRIMA.

Interest & refert *commoditatem* vel officium signifi-
cantia regunt genitivum eius, cui *commoditas* aut of-
ficium tribuitur.

Interest omnium rectè facere. Refert omnium
animadverti in malos.

OBSERVATIO.

Pro genitivis septem *mei, tui, sui, nostri, vestri, no-
strum, vestrum*, usurpantur possessiva, *mea, tua, sua,
nostra, vestra*.

Tua quod nihil refert, ne cures.

REGVLA SECVND A.

Impersonalia, *miseret, piget, pudet, pœnitet, cedit*, re-
gunt accusativum patientis cum genitivo eius, quod
affectum movet.

Tui me miseret, mei piget. Nihil faciendum est, cuius
jus nos pœnitere possit. Tædet nos vitæ,

CAP.

CAP. XVIII. De rectione participii.

REGULA.

PARTICIPIIUM sequitur rectionem verbi sui.

Deprehensa est puerpera uberibus suis matrem alens in carcere. Filius obsequens patri.

CAP. XIX. De rectione adverbii.

REGULA PRIMA.

ADVERBIA derivata retinent casum primitivorum.

Omniū elegantissimè. Naturæ convenienter, Lynces clarissimè omniū quadrupedum cernunt.

REGULA SECUNDA.

Adverbia quantitatis, temporis & loci, vice substantivi nominis posita, regunt genitivum.

Parum sapientiæ. Satis verborum.

REGULA TERTIA:

Adverbia temporis, pridie & postridie, regunt genitivum vel accusativum.

Pridie nonas Junias. Postridie absolutionis.

REGULA QUARTA.

Adverbia demonstrandi en & ecce nominativum vel accusativum regunt.

En crimen, en causa. Ecce miserum hominem.

REGULA QUINTA.

Adverbia interrogandi in quæstione directa regunt indicativum, in obliqua conjunctivum.

AN

An quicquam est etiam amplius? incertus sum.
vivatne pater, an non.

REGULA SEXTA.

Uti precantis, & utinam conjunctivum regunt.

Utinam id sit, quod spero.

REGULA SEPTIMA.

Ne prohibendi ad verbum imperativum vel conjunctivum regit.

Ne interpella. *Quum absit, ne requiras.*

CAP. XX. De rectione prepositionum.

Prepositiones regunt vel unum tantum casum, aut duos.

Unum vel accusativum, vel ablativum.

REGULA PRIMA.

Accusativum regunt prepositiones una & triginta:

Ad, penes, adversus, cis, citra, circiter, extra,

Erga, apud, ante, secus, trans, supra, versus, ob, intra,

Ultra, post, prater, propter, prope, pone, secundum,

Per, circum, circa, contra, juxta, inter & infra,

Ac usque.

EXEMPLA.

Ad, Sere nunquam est ad bonos mores via.

Penes, Eloquentia eos ornat, penes quos est.

Adversus, Pietas est iustitia adversus Deum.

Cis, Quoad hostis cis Euphratem fuit.

Citra, Is locus est citra Leucadem stadia cxx,

Circiter, Loca haec circiter excidit mihi.

EXCII

Extra. Extra focum homo bellus est.

REGVLA SECVNDA.

Ablativum regunt præpositiones quatuordecim, ut sunt:

Abs, ab, & à, coram, cum, de, præ, ex, è, sine, & absq₃.

Proq₃, palamq₃, tenus, casum poscunt sibi sextum.

EXEMPLA.

Abs. Nunquam accedo, quin abs te abeam doctior.

Ab. Laudatur ab his, culpatur ab illis.

A. Antonius à fronte, à tergo, à lateribus tenetur.

Coram. Cantabit vacuus coram latrone viator.

Cum. Cui cum paupertate bene convenit, dives est.

De. Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones.

REGVLA TERTIA.

Accusativum & ablativum regunt præpositiones sex: juxta versum.

Junge duos, Super, in, subter, sub, clamq₃, proculq₃.

EXEMPLA.

Super. Super aspidem assidere. Hac super rescribam ad te.

In. In tutum eduxit legiones. Nescis, quo in metu, & quanto in periculo sim.

Subter. Virtus omnia subter se habet.

Regunt hæ plerumq; accusativum cum verbo motus ad locum; ablativum cum verbo quietis in loco.

OBSERVATIO.

Præpositio cum suo casu quibusvis nominibus & verbis adjungitur. *Non est ad astra mollis è terris via,*

CAP.

CAP. XXI. De ellipsi præpositionum
generali,

ELLIPSIS.

1. Ad. *Ille infitias ibit: infitias: hoc est, ad infitias.*
2. Ante. *Pridie nonas Junias: nonas, id est, ante nonas.*
3. Ob. *Quid estam tristis? quid, hoc est, ob quid.*
4. Post. *Postridie calendas Januarij, calendas, id est, post calendas.*

CAP. XXII. De speciali præpositionum ellipsi.

REGULA PRIMA.

ABLATIVUS causæ, instrumenti, modi & partis apponitur nomini vel verbo sine præpositione.

Ineuntis ætatis inscitia senum constituenda & regenda est prudentiâ. Deteriores omnes sumus licentiâ.

REGULA SECUNDA.

Mensuræ speciale nomen frequenter in accusativo ponitur; aliquando etiam in ablativo: & intelligi potest præpositio per, vel secundum, vel in.

In omni vita sua quemque à recta conscientia transversum unguem non oportet discedere. Longum sesquipedes, latum pede.

REGULA TERTIA.

Temporis spatium, quod per voces *quam-*
diss

diu, vel quampridem, vel quamdudum intelligitur, in accusativo ponitur.

Nemo est tam senex, qui se annum, non putesse vivere.

REGVLA QVARTA.

Temporis terminus, qui per *quando* intelligitur, in ablativo tantum ponitur.

Puncto temporis maximarum rerum momenta vertuntur.

Huc pertinent ablativi absoluti, *Materies ad fabricam cadenda est, luna decrescente.*

REGVLA QVINTA.

Proprium nomen oppidi, quod est primæ vel secundæ declinationis, ponitur in genitivo; quod tertiæ, & quodvis plurale, in ablativo; idq; quando interrogatio fieri potest per vocem *ubi*, Tum autem quies significatur.

Romæ omnia sunt venalia. Tarenti degit Arbitas. Lacedæmone sunt. Athenis vivit.

REGVLA SEXTA.

Proprium nomen oppidi ponitur in accusativo, quando interrogatio fieri potest per vocem *quò*. Tum autem motus ad locum significatur.

Capuam flectit itor. Veni Brundisium.

REGVLA SEPTIMA.

Proprium nomen oppidi ponitur in ablativo; quando interrogatio fieri potest per *unde* vel *quâ*.

Tum

Tunc autem motus è loco vel per locum significatur.

Iter Laodiceâ faciebam. Epistolas ad me Quinius Servilius Tarlo miserat.

REGVLA OCTAVA.

Genitivi *domi, belli, militia, hui;* accusativi *domum, rus;* ablativi *domo, rure*: sequuntur syntaxin proprii oppidorum nominis, licet appellativa sint. Ut: Pater est domi, ivit domum, redibit domo.

Quibuscunq; rebus, vel domi, vel belli poterunt, sempub. augeant.

CAP. XXIII. De rectione interjectionum.

REGVLA PRIMA.

V Ab nominativum: *væ* dativum: *eheu* accusativum: *heus* & *ohé* vocativum regunt.

Vah homo. *Væ* mihi. *Eheu* conditionem. *Heus*, *heus* Syre. *Ohe* libelle!

REGVLA SECUNDA.

Hei dativum & vocativum: *ah* accusativum & vocativum regit.

Hei mihi. *Ah* me miserum. *Ah* mi homo.

REGVLA TERTIA.

Hem, ò & *prò* regunt nominativum, accusativum & vocativum.

Hem lux. *O* *Dave*, itane contemnor abs te? *Prò* sancte Jupiter!

DE RECTIONE.
OBSERVATIO.

Ante vocativum O regens frequentius intelligitur. *Eripete, nate, flammis: nate, hoc est, a nate.*

CAP. XXIV. De rectione conjunctionum.

REGVLA PRIMA.

Quando, quandoquidem, quippe, quoniam indicativum regunt.

Eam quando complexus es, tene. Dicitis, quandoquidem potes.

REGVLA SECVND A.

Ut, uti, ne, quis, & licet subjunctivum regunt. Tolluntur in altum, ut lapsu graviore ruant.

REGVLA TERTIA.

Si, sin, ni, nisi, siquidem, quod, quia, postquam. & similes: regunt indicativum in directa, & subjunctivum in obliqua oratione: *quam* vero pro *si* indicativum, pro *postquam* conjunctivum regit.

Si illum relinquo, timeo: sin opitulor, vapulebo. Ni exeunt, Mirum, ni cantem.

OBSERVATIO.

Quando *daß* verti potest *diu weil* / *dic quod*; quando *vertitur auf daß* / *dic ut, ut,*

Agot tibi gratias, quod me conservasti. Oro te, ne me conserves.

REGVLA QVARTA.

Quamquam, etsi, tametsi, etiamsi in principio sententiae indicativum, in medio etiam conjunctivum regunt; *quamvis* solum conjunctivum: sequente *te tamen.*

Ta:




Handwritten text at the top of the page, including a large blue stamp that reads "BIBLIOTHECA".


100	fa: 100/100
100	fa: 100/100
100	fa: 100/100
100	fa: 100/100
100	fa: 100/100
100	fa: 100/100
100	fa: 100/100
100	fa: 100/100
100	fa: 100/100
100	fa: 100/100
100	fa: 100/100

ULB Halle
 007 378 289

 3

Handwritten text at the bottom right of the page, including the letters "M.C."





Farbkarte #13

B.I.G.

ELEMENTA
GRAMMATICÆ
LATINÆ,
ÆDAGOGEO SCHOLÆ
BREMENSIS.



BREMÆ,
impensis ARNOLDI WESSELL,
Reipuhl. Typographi.
ANNO clc lxc lxxii.

